

1757.

- 1^a Ezechielus, Iohannes Fridericus: *Commentatio de renunciatione nobilitatis. Accedit oratio de mortis nobilitatis Tintonicae circa juris patris conservationem.*
- 1^b Ezechielus Fridericus: *De renunciatione nobilitatis.*
2. Ezechiel, Iohannes Fridericus: *De jure episcoporum qui ad militiam concordem credidit in concurrem creditorum.*
3. Ezechiel, Iohannes Fridericus, Ord. juris consult. Socinus: *Et reputacionem in ang. . . Alberti Antonii Hartkromeri . . . inquit sanctus: De casu bavaricus 6-XII. § 1. de restituend. milit. Dissert.*
4. Brück, Alberlus Philippus: *De reservato ecclesiastico ex mente pacis Westphalicae.*
5. Kipping, L. Georgius Albertus: *Dissertatio philosophica, qua juris naturae principia rationi humanae ^{omnino} ^{annimis} eme perspicua adsonuntur.*

1757.

6^o Tappis, Georgius Augustus : De foregiamne usures
tolvenke et non solvante. 2 Sept. 1757

7. Novus Tappis, Dr. Christianus : Memoriam ... In Consar
bignamur. Tappi . . . protector et senatus . . .
c'ntus et posteritati commendant

1758.

1. Fröcklin, Albinus Philippus : Flores sparsi et jas.

Passuum de electione pontificis

2. Hubertus, Franc. Bonn' : De Pr' service Danieles et Nor-
vegiae principis hereditarii seruus. et sel. iuste
et legitima protulatone in arbitrium episcopatus
Tubecensis.

3^o Hoepler, Stephanus Jacobus : De primis et genuinis
legum fontibus.

3^o Hoepler, Stephanus Jacobus : De primis et genuinis
legum fontibus. Accurit. De solida Jurioprudentia

8

1759 genuis fundamentis superstructa.

4. Trichias, Albus Philippi: De aratorum sanctitate

1760. Eschhart, Fidorianus: De jure singularium videlicum.

2. Trichias, Albus Philippi: De fide antiquarum. Et he-
derum investigatione decantibus his majori.

3. Mendes, G. Iosephus Tironianus: Liverem culpam a nego-
tiorum gestore ordinariae praestari. . . . Vesperat.

Pr. 38. Partie. 28.

1757, 1

b

2

D. IOANNIS FRIDERICI
EISENHARTI

IVR. PROF. PUBL. ORDIN.

COMMENTATIO

DE

RENVNCIATIONE
NOBILITATIS



HELMSTADII

EX OFFICINA SCHNORRIANA

M D C C L V I I I .



25


G IOANNIS ERIDERICI
FISCHINHARTI

CO MUNITATIS

RENUCIA TIONE
NODALITATIS



HELMSTADT
EX OFFICINA E. H. FISCHINHARTI
MDCCLXVII





D E

RENUNCIATIONE NOBILITATIS.

§. I.

Nobilitatem eiusque iura voluntaria amitti renunciatione, extra omnem dubitationis aleam positum est. Quum enim cuilibet iuribus suis iisque quae in fauorem suum introducta sunt, renunciare permisum sit, a) omnisque renunciatio cui neque publica salus obstat neque favor tertii vel naturalis quedam ratio, cum effectu fieri possit; b) idem de nobilitate dicendum esse arbitror. Nulla enim ratio dari potest, cur haec juri suo renunciandi facultas, qua infimae fortis homines gaudent, nobilibus sit deneganda. Valet etiam de his regula illa vulgata: *quod prohibitum non est, permisum esse censetur*, cuius vslum tot Regum

A 2

ac

ac Principum aliorumque illustrium virorum resignations testantur, qui exemplo IOANNIS CASIMIRI Poloniarum Regis ac CHRISTINAE Sueciae Reginae partim graui senectute, partim taedio continuorum turbarum permoti, regios fasces deposuerunt. c)

a) L. 41 D. de minorib. L. pen. C. de paet.

b) BERGER de priuileg. iis maxime quib. renunciari non potest.

c) FRITSCH de resignacionib. imperator. reg. princip. c. i.

§. II.

Sunt tamen inter eos, qui de nobilibus eorumque iuribus egerunt, nonnulli, qui nobilitatem renunciatione voluntaria amitti negarunt, eamque haut admittendam esse multis et graubus argumentis docere allaborarunt, quorum diuersas sententias colligit NOLDEN. a) Iis autem potissimum rationibus nituntur, quod nobilitatis iura sanguinis iura sint, quae nec renunciatione nec vlla lege humana tolli possunt; adeoque nullam nobilitatis eiusque iurum ac priuilegiorum renunciationem valere putant, licet generalis sit, vel mediante iuramento firmata. Conservationem familiarum nobilium reipublicae utilitatem concernere contendunt, quoniam viri nobili prospicia progeniti belli pacisque temporibus reipublicae inferunt eiisque onera gerunt, cuius saluti ac utilitati eiusmodi renunciationem nocere arbitrantur.

a) de statu nobilium cap. XV. §. 13.

§. III.

§. III.

Non autem haec sententia se mihi probat. Quis enim queso iura nobilitatis iura sanguinis dicere auderet? cum omnia iura ac praerogatiuae quibus nobilitas gaudet a summa maiestate ei concessa sint. Ita neutquam sanguini nobilitas inhaeret, sed personae qualitas est, quae a potestate et voluntate concedentis sola dependet, vel ab institutis gentium et rerum publicarum. Is enim qui nobilitate exornatur, nobilitatem quidem consequitur, sed non genus. In primo adquirente nobilitas nascitur, in filiis pubescit, in nepotibus adolescit ac denique in pronepotibus maturorem aetatem adipiscitur. Quemadmodum etiam apud diuersas orbis terrarum gentes nobilitas diuerse semper aestimata fuit; ita quoque eius iura ac priuilegia variant, ac in uno imperio non eadem sunt, quae in altero. Reges ac summi Principes porro, quo in animis ciuium studium virtutis excitarent, dignitatis ac nobilitatis parentibus datae liberos posterosque soli participes reddunt, imo in eorum arbitrio positum est, quid cuique ciuium dare existimat. Sunt igitur iura ac priuilegia nobilitatis beneficium a summa potestate maioribus datum et ab his in posteros translatum, cui sine dubio renunciare licet. Alii inter renunciationem ordinis et gentis distinguere solent. Per illam intelligunt eam quae vniuerso nobilium ordini praeiudicium infert, per hanc autem voluntariam gentis suae nobilitatis resignationem. Illam ob auctoritatem iuris canonici b) valere negant, hanc autem permittam esse concedunt,

dunt, c) qua tamen distinctione non opus esse puto, cum omnium renunciationum natura ac indoles ea sit, ut iis priuilegiis quae in fauorem tertii constituta sunt, nemo renunciare valeat. d) Sunt enim renunciations stricti juris et ad alios qui cum renunciante eiusdem ordinis et conditionis sunt, non extendendae.

a) GUNDLING in *diff. an nobilitet venter?* cap. III §. 27.

b) C. 12. X. de *fam. competent.*

c) HAHN in *diff. de iur. nobil. singular.* tb. 6r.

d) L. 29. C. de *pact.*

§. III.

Iam de causis agendum est, quae saepius viros nobili proslapia natos permouerunt, ut renunciata gentis suae nobilitate, plebeiae sortis hominibus se adiunxerint. In harum vero censum veniunt possessionum paternarum diuisiones, quae potissimum eo tempore inualuerunt, quo iura peregrina a Germanis adoptata sunt. Ex quo enim Iustiniane succedenti ratio ad familias nobilium applicata fuit, mox eueriebat, ut bona auta conseruationi splendoris familiarium sola destinata inter plures diuidenserentur atque nulla habita sexus ratione per nuptias filiarum in alias familias transirent, ita ut continuatis tempore diuisionibus posteris nihil supereffret, vnde nobiliter viuire potuerint. Faictum igitur est, ut multi cum se omnibus opibus ac diuitiis destitutos cernerent, aliud vitae genus eligerent, et artificis aut mercaturae studebant, vel officia, quae a solis plebeiis alias geruntur

tur

tur ambirent, quo ipso nobilitatis suae iacturam fecerunt ac in ordinem plebeiorum redacti sunt. Bellorum quoque calamitates quibus aeculis superioribus Germania premebatur, effecerunt, ut multae illustres nobilium familiae sedibus suis auitis puluae, alias quaerere terras cogerentur, quae cum omnibus bonis quibus antea gaudebant emunctae, conseruationi splendoris familiarum ac pristinae gentis suae gloriae haut pares essent, nobilitati suae renunciarunt. Alios paupertas quam luxuriosa viuendi ratione ac prodigalitate contraxerunt, eo redegit, ut postquam infinitis et continua commessionibus bona sua dilapidassent, ordinem equestrem ad quem continuandum, non amplas habuerunt opes, desererent. Quamuis enim quis pauper esse possit, dignitate et fama gentis suae integra; certum tamen est, nobilium dignitatem ob paupertatem obscurari atque deminutum iri, secundum illud IVVENALIS a)

*Stemmata quid faciunt, quid prodeft, Pontice, longo
Sanguine censeri, piëtosque ostendere vultus
Maiorum et stantes in curribus Aemilianos.
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram lepidis male viuit?*

Pluribus recensendis renunciationum nobilitatis causis immorari nolo, sed ad **BVRGERMEISTERVM**
b) lectorem ablego.

a) *Satyr. VIII.*

b) *In thesaur. iur. equestr. P. I. cap. XVIII th. 12.*

§. V.

§. V.

Ipsa renunciatio nobilitatis vel expresse vel tacite fieri potest. Expresse nobilitati renunciatur, quando quis vel verbis vel per litteras aut similem expressam animi notam, titulo, honore, dignitate, iuribus ac priuilegiis nobilium aperte et in specie se vti non velle profitetur, a) tacite autem committendo delictum quod cum nobilitatis dispendio coniunctum est, vel vitae genus eligendo quod directo statui nobilium aduerfatur, quia omne priuilegium per aetum contrarium amittitur. b) Nolo iam omnes recensere nobilitatem amittendi modos, de quibus fuisseegerunt, TIRAQVELLVS, c) NOLDEN d) et qui omnium industriad superauit KNIPSCHILD. d) Hoc vnicum addere lubet, dubio obnoxium esse, an hodie per mercaturam nobilitati derogetur. f) Hoc certum est, moribus gentium plerumque commercia nobilibus interdici. Ab his leges torneamentorum ab HENRICO Imperatore Anno cm XXXVIII latae, nobiles abstinere iubent, ceu ex ipsis constitutionis eius verbis patet: Dass welcher vom Adel gebohren und Herkommen wäre, der seinen Stand anders dann in adelichen Stand hielte, sich nicht von seinen adelichen Ständen, Renten und Gülden die ihm sein Mann und Erb-Lehen, Dienst-Lehen, Rath-Gelt, Herren-Solt, oder Eigenthumb jährlich ertragen mag, sondern mit Kaufmannschaft, Wechseln, Fürkauffen, und dergleichen Sachen nehmen oder sein Einkommen mehrten wolte, dadurch sein Adel geschmecht und verachtet würde, wo er auch seinen Hin-

ter

tersassen und Anstoßern ihr Brott vor dem Mund abschneiden wolte, derselbe so der Stück eins oder mehr übersfahren, soll im turnier nicht zugelassen werden, wo er aber darüber einreiten und turnier halten wollte, soll man mit ihm umb das Ross turnieren, und ihn auf die Schranken sehen nach turniers Freiheit. g) Cum his diuersae quoque leges prouinciales Germaniae consentiunt, quae nobiles sub poena amissionis nobilitatis a mercatura excludunt. h) Medium incedendam esse viam arbitror, et ex cuiusuis prouinciae legibus ac moribus totam contoversiam dijudicandam. Non enim omnibus gentibus eadem sunt honesta ac licita, adeoque prius cuiuslibet nationis consuetudo obseruanda est, neque statim nobilitatem mercatura obscurari vel nobiles eam exercentes ex albo equestri delendos esse, existimo.

a) arg. L. I. D. si quis in ius vocat. L. 4 §. 4. D. si quis cautionib.

b) L. 27. C. de decurion.

c) de Nobil.

d) de statu nobil.

e) de Nobilitate.

f) Vid. der Rauffmanns Adel untersucht von einem unpartheischen itemque Anonymi tract. *La Noblesse commerçante*, cui se oppoſuit auctor libelli *La Noblesse militaire ou le patriote françois*.

g) Art. II. apud NOLDEN l. c. cap. XXII. n. 97.

h) EXCELL. RICCIUS vom landsässigen Adel et in Spicileg. iur. germanici p. 228.

§. VI.

Nota quoque est nobilitatis in antiquam et nouam diuīſio, illiusque in puram atque impuram subdiviſio. a) Differentia inter vtramque in eo consistit, vt nobilibus qui antiqua profapia et ex vtroque pa-

B

rente

rente nobili nati sunt, singularia quaedam iura ac priuilegia competant, quibus noui equites et illi qui ab uno saltu latere gentem suam deducunt destituuntur, quia nobilitas quae ab utroque parente deriuatur, longe splendidior est ea, quae a solo patre descendit. Orta est inde distinctio inter dem Stifts-
mässigen und unsiftsmässigen Adel, quae hodie in canoniciatibus ut vocant maioribus, in ludis equestribus, in comitiis prouincialibus obseruari solet. b) Euenire itaque potest, vt quis non omnem nobilitatem, sed tantum iura ac priuilegia, vni alterique nobilium generi competentia, amittat, dum v. c. purae nobilitati renunciat. Tacitam autem purae nobilitatis renunciationem inuolueret censeo, nuptias cum persona vilioris conditionis contraetas. Inter omnes enim constat, secundum Germaniacas mores, nobilem qui plebeiae conditionis feminam sibi matrimonio iungit, posteris suis adeo praetudicare, vt hi licet aquitae nobilitatis splendore superbiant, non tamen ad honores et dignitates adspicere queant, quibus antiqua et pura nobilitas fulget.

a) EXCELL. CRAMER de nobilitate anit. cap. II.

b) MATTH. de SCHYLENBURG de privilegiis et praerogativis nobil. mediator, cap. I. TELGMANN von der Ahnen Zahl.

§. VII.

Quaeritur autem: an semel facta resignatione nobilitatis poenitentiae sit locus? Si res adhuc integra sit, adfirmandum videtur, alias merito regulae insistendum est, scilicet aduersus renunciata nullum dari

93137

dari regressum. a) Enimuero cum omnis renuncia-
tio iura ac priuilegia tollat, quorum intuitu facta
est, ii certe qui nobilitati suae sive expresse sive tacita
renunciarunt, iurium ac priuilegiorum quae nobili-
tati secundum cajuslibet prouinciae mores tribuun-
tur, amplius participes esse nequeunt, licet renunciatio
saluis iuribus ac priuilegiis nobilitatis vel cum
protestatione ea non amittendi, facta sit. Non enim
iuri sibi incognito renunciant, cui alias nemo renun-
ciare potest, b) sed potius eiusmodi protestationi le-
ges obstant, quae omnes renunciationes iurium et
priuilegiorum, dummodo non contra leges vel dolo-
fiant, obseruari iubent. c)

a) L. 17 §. I. D. de adquirend. vel omittend. heredit.

b) L. 19. D. de in officie. testament.

c) L. 29. C. de pact.

§. VIII.

Maioris momenti quaestio est, an patris renun-
ciatio liberis noceat, quo minus priuilegia ac iura
nobilitatis in posterum sibi arrogare queant? Adfir-
mat id inter alios CRAVETTA, a) hac ratione mo-
tus, quod cum pater ipse nobilitatem perdiderit, e-
am ad posteros transmittere non possit, quia nemo
dat, quod non habet. Argumentum ducit ab here-
de qui hereditate semel repudiata, eam ad suos po-
steros non transmittit. b) Sed tantum abest, vt sen-
tentiae huius viri subscribam, vt potius renunciatio-
nem patris liberis nulla ratione detrimento esse pu-
tem. Quod enim ad nobilitatem auitam attinet, eam
pater renunciatione sua liberis nulla ratione adimere

potest, cum hi nobilitatem a maioribus suis acceperint, quae per longam maiorum seriem continuara et ad posteros propagata est. c) Priuilegia enim, ut recte tradit, SCHVLENBURGIUS d) non possunt aboleri, nisi omnium quorum interest consensu. Ius autem nobilitatis, non ius vniuersitatis, sed singulorum est, quod autem singulos tangit, a singulis approbari vel reprobari debet. Idem dicendum de nobilitate diplomatica, quae vbi concessa fuit, sub formula: dir und deinen Nachkommen, posteris sola renunciatione patris adimi nequit, quia semel eam possident. Tunc enim liberi nobilitatem suam non patri debent; sed beneficio summi imperantis, qui simul illis prospexit. Id interea concedo, opus esse posteris renouatione nobilitatis, si per longam annorum seriem descendentes renunciantis nobilitate non vni sunt, tunc enim ipsi renunciationem a patre factam, approbasse et nobilitate sua sponte se exuisse videntur. Quod autem semel extinctum est, ipso facto non reuiniscit, d) quae juris regula in iis etiam obtinet, quae ex hominum opinione aestimantur, velut nobilitas generis, quae si amissa fuerit, recuperari, nequit nisi beneficio principis.

a) *Consil. 165.*

b) *L. vn. C. de his qui ante apert. tabul. hereditat. transmitunt.*

c) *NOLDEN l. c. cap. XXII. n. 151.*

d) *I. c. cap. III. §. 3.*

§. VIII.

Quae cum ita se habeant, paucis disquirendum est, an illi qui nobilitatem suam auitam renouari curarunt,

rarunt, omnia antiquae nobilitatis iura ac praerogatiwas consequantur, quae ei competit, an autem nouis nobilibus accensendi sint? Res enim nota ac manifesta omnibus est, ad varias obtainendas praerogatiwas et dignitates, quarum soli nobiles in republi-
ca capaces sunt, requiri nonnunquam aequalem maiorum tam paternae quam maternae lineae numerum, veluti in canoniciatibus, ordinibus sacris et sic porro, vbi candidati prius, quam recipiuntur documentis nobilitatem puram et auitam probare ac iuramento confirmare debent. a) Quod ad ipsum renunciantem attinet res dubio caret, quippe qui semel iure suo excidit. Posteros autem nobilium nouorum instar esse multi afferunt, quia nobilitatem auitam semel amiserunt. b) Sed verius esse arbitror renunciationem patris descendantibus non obesse, quo minus nobilibus antiquis annumerandi sint. Restituuntur enim in integrum et in possessione antiquae nobilitatis, quam a maioribus suis habent, denuo confirmantur. Etsi enim a matre ignobili pregnati sint; non tamen ipsis primum lucem generi suo inferunt, sed claros ac nobiles maiores iam habuerunt.

a) ILLUST. ESTOR von der Ahnen Probe. TELGMANN von der Ahnen Zahl cap. IV.

b) SCHMIDT in princip. iur. german. Lib. I. Tit. IV. §. 16. n. 2.

§. X.

Efficit tamen nobilitatis auitae in puram atque impuram diuisio a Germanis adoptata, vt non omnes qui nobilitatis auitae titulis et insignibus generisque antiquitate, superbunt, ad eos adspirare possint ho-

B 3

nōres,

nores, quorum ii solum capaces sunt, qui auorum auiarumque nobilium numerum, quem statuta vel mores requirunt, probare possunt. Interim eo re-spiciendum esse multi putant, an renouatio ita facta sit, vt tanquam de domo ac nobilium a quatuor paternis ac maternis auis eiusmodi personae procreatae habendae sint. Tunc enim eas ad omnes dignitates adspirare posse arbitrantur, quibus illi fruuntur, qui quatuor paternis et maternis parentibus geniti vel de consuetudine vel de more gaudent. a) Ius enim quatuor vel plures dandi auos summae maiestati ab antiquis saeculis competit, b) hinc formula litteris Cæsareis inseri solet: als ob sie von ihren 4 Ahnen Vater und Mutter Geschlechter beiderseits Recht Edelgeborenen Lebens Turniers Genossen, und Rittermäßige Leute gebohren wären. Sed an haec clausula iura antiquae et purae nobilitatis eum effectu tribuat, vbi statuta vel mores aliud postulant, iuris publici periti inter se dissentient. c)

a) CRAMER I. c. cap. IV. §. 1.

b) SPRENGER de mod. imp. R. R. p. 53.

c) CRAMER. I. C. HOLLAND de origin. iurib. ac priuileg. ordin. teuton. §. 7.

§. XI.

Vbi itaque leges et statuta ecclesiistarum vel ordinum nullam dispensationem admittunt, sed praecise parentes vtriusque sexus nobiles requirunt, formula §. superiori allata, nullum effectum habet. Exemplum huius rei nobis praebent sacrae militiae ordines, in quos nemo cooptari solet, nisi qui nominis nobi-

nobiliumque insignium vetustate sine aliqua controversia existit, neque hoc solum, sed utramque paternam et maternam nobilitatem, quo illa illustrior et splendidior fiat, requirunt. Ingressum militi ordinem probatio primum incumbit, se ex legitimo matrimonio ortum et in sua patria ex utroque tam patris quam matris latere, cognomine, gentilitiis insignibus et magistratibus nobilem esse. Rem clarius Ordinis Iohannitici statuta illustrant, quae exposuit BECMANN.

a) Cum his conspirant ordinis teutonici leges, quas Augustissimus Germaniae Caesar MDCCVI confirmavit. b) Idem volunt ordinis aurei velloris placita, c) et Ganerbinatus Fridbergensis statuta, d) nec non alii ordines equestris partim Germanorum partim exterrarum gentium, quos breuitatis studio praetermitto. Imo iam antiquissimis temporibus, quo iura ac prerogatiuae nobilitatis auitae ac purae salua ac illaesa manerent, legibus maiores nostri cauendum curarunt, ne ad cingulum militare, ad duella, ad torneamenta, neque ad feudorum equestrium possessionem ali admitterentur, quam qui essent de genere militari ex utroque parente et auitam demonstrare valerent ingenuitatem. e)

- a) In den Hauerungen von dem Ritter Lehen Jochanniter Orden.
c. 184.
- b) Staats Cansley Tom. XVII. p. 820.
- c) CHIEFELTIVS in bisbor aurei veller. cap. IX. ILL. AYRER de magno Magister equestr. ordin. aurei veller. Soet. II. §. VII.
- d) ILL. BÖHME de turib. ex statu militar. Germ. pendentibus. §. 12.
- e) ILL. SCHEIDT Historisch. und Diplomatiche Nachricht von dem hohen und niedern Adel in Deutschland §. 15. n. r. CRAMER l. e. cap. II. §. 9 seq.

§. XII.

§. XII.

Sufficientant haec pro ratione instituti mei de renunciatione nobilitatis in medium protulisse. Iam ad illud mihi perueniendum est, cuius causa haec qualia qualia in chartam conieci. Cum enim SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS DOMINVS CAROLVS BRUNOVICENSESIVM ATQUE LVNEBURGENSIVM DVX, ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE NVTRITOR MUNIFICENTISSIMVS, DOMINVS MEVS CLEMENTISSIMVS, munus Anteceffloris ordinarii clementissime in me non ita pridem contulerit, pietas a me efflagitat, vt publice CLEMENTISSIMI PRINCIPIS munificentiam ac gratiam et beneficia in me collata praedicem. Quod cum facio DEVVM OPTIMVM MAXIMVM ex animo imploro, vt PRINCIPEM CLEMENTISSIMVM CUM vniuersa AVGUSTA PROSAPIA quam diutissime saluum et in columem conseruet, protegat, tueatur. Seruet ILLVSTRISSIMOS ATQUE VENERANDOS EIVS PVRPVRATOS IISQVE semper adsit. Seruet Academiam IVLIAM CAROLINAM eiusque gloriam in dies augear. Caeterum quo muneri clementissime mihi demandato satisfaciam, visum mihi fuit, has auspicari per semestre instans aestuum lectiones, in quibus ita versabor, vt Hor. II - III publice *institutiones iuris germanici priuati* a me editas, priuatim hor. VIII - VIII et hor. X - XI B. BÖHMERI *ius Digestorum* exponam, hor. XI - XII autem *historiam iuris litterarum* ad ductum compendii mei tradam.

P. P. d. XXII April. MDCCLVII.

DE



ULB Halle
005 382 203

3





Pr. 38. Partie. 28.
1757, 1 b
2

D. IOANNIS FRIDERICI
EISENHARTI
IVR. PROF. PUBL. ORDIN.
COMMENTATIO
DE
**RENVNCIATIONE
NOBILITATIS**

P. 259.



HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA
M D C C L V I I I .

